UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Maloso [et] Victore [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. xlviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

cccLv. trino martyrio ternis in locis coronati: vna ⁊ eadē die ab eccleſia recoluntur: cū tamē diuerſis diebus paſſi fuerint: vt ſcribit helinādus. Nam cū de mādato imperatoris maximiani milites eius gentiles prefatos xpianos inſequentes: hincinde eos requirerent: caſſium ⁊ florentium cum aliis ſeptē apud beronā vrbē circa rhenum fluuiū inuenerunt: quos ibidem in xpi confeſſione decollauerunt. quorū paſſio agitur. vi. idus octobris.

De ſanctis Gerone ⁊ ſociis martyribus. Cap. xlvii.

GErō martyr cum ſociis cccxviii. apō coloniā agrippinā paſſi ſunt. Cum ēm perſecutores ab imperatore maximiāo deſtinati ad predictos milites. cccLx. occidēdos. Caſſium et florentium cum aliis ſeptem interfeciſſent: vt ſupra dictū eſt. Geronem militē cum comitiua. cccxviii. militum in campis colonie inuenerūt. Quos oēs xpm dominū confitentes gladiis trucidarunt. Quorū feſtū colitur. vi. idus octobris.

De ſanctis Maloſo ⁊ Victore ⁊ ſociis martyribus. Cap. xlviii.

MAloſus et victor martyres cum ſociis triginta apud opidum francoruz: quod troia ſiue xanthum dicitur paſſi ſunt. Cum perſecutores prefati poſt interfectionem predictorum martyrum: videlicet caſſii et florentii et ſociorum geronis atq3 aliorum predictorū proceſſiſſent ad reliquos requirendos de mandato imperatoris maximiani maloſum ⁊ victorez cum aliis triginta: qui de numero predictorum cccLx. militum ſupererant: iuxta dictum oppidum xanthum inuentos: gladiis cederunt: et eorum corpora in locis paluſtribus ſubmerſerunt: quorū tamē reliquie a chriſtianis reperte condigno honore ſepulte ſunt. Et in eorum poſtmodum honorem Helena conſtantini mater baſilicam ſuper eorum corpora miro decore et ſine vllo ligno conſtruxit: vbi et per eorum merita eurogyalus colonienſis epiſcopus dolore capitis ſanatus eſt. Sed cum corpus maloſi martyris longo tempore vbinam ſepultum fuerit latuiſſet. Sancto epiſcopo dicti loci diuina reuelatione mōſtratū eſt. Qui corpus de loco ſuſtulit: immenſi odoris refragrās ſuauitate; ⁊ ipſum iuxta ſociorum cadauera collocauit. Horum etiam dies paſſionis ſimiliter celebratur. vi. idus octobris.

De ſancto Pinyto epiſcopo. Cap. xlix.

PInytꝰ epiſcopus gnoſieꝛ vrbis cretēſi. marci antonii imperatoris temporibus apud ipam claruit ciuitatem. Qui inter viros apoſtolicos nobiliſſimus in ſcripturis ſuis velut in quodā ſpeculo viuentem ſui dereliquit imaginem. Quicq3 inter cetera ſapiente ſue opuſcula ad dionyſiū corinthiorū epiſcopū elegantē ſcripſit epiſtolā: in qua docet non ſemper lacte nutriendos populos: ne quaſi paruuli ab vltimo occupentur die: ſed ⁊ ſolido debere paſci cibo: vt in ſpirituale proficiant ſenectutē. Qui et in xpo plenus ſanctitate quieuit. vi. idus octo. Hec hieronymus libro de viris illuſtribus.

De ſancto Pierio preſbytero. Cap. l.

PIerius alexandrine eccleſie preſbyter inſignis floruit tempore diocletiani imperatoris. Qui tam florentis ſermonis venuſtate populos docuit tātaq3 diuerſorū tractatuum elegātia fulſit: vt origenes iunior vocaretur. Tractatū longiſſimū ſuper oſee ꝓphetiaz deſcripſit. Et apud alexandriā in pace quieuit vi. idus octobris. Hec hieronymus vbi ſupra.

De ſanctis Tharaco preſbytero et Andronico martyribus. Cap. li.

THaracꝰ probus ⁊ andronicꝰ martyres apud tarſuz metropolim cilicie tēporibus diocletiani ⁊ maximiani paſſi ſunt ſub preſide maximo. Quorū primus natione romanus: ⁊ miles annorū. lxv. militie terreſtri pro xpo renūciauit. Secundus de ſede pāphilie exortus. Tertius vo iunior de primis epheſiorū ciuitatis. Qui inſimul ſociati: accuſati ſunt maximo preſidi a domero centurione: ꝙ eſſent xpiani: ⁊ ab eodē iudice tenti ſunt. Qui primo quidē tharacum vt ſeniorē in xpi profeſſione inuictum manentem in maxillis ceſum nudatū virgis flagellari fecit. Deinde vinculis ferreis in carcerem alligari: poſtea probum in ſimili confeſſione manētem in dorſo et ventre neruis crudis diutius ceſum; eiſdem vinculis vinctum carceri man-